

pediunt, applicuit.

Alterâ die Clarissimi viri Dom. G A L E -  
N V S V V I E R V S , Illustriss. Cluiacen-  
sium Iuliacens. Montensium &c. Principis Me-  
dicus ordinarius atque primarius, & D. C o -  
S M A S S L O T A N V S pię memorizę , eiuf-  
dem Principis Chirurgus præstantissimus,  
Præceptor meus plurimūm honorandus, in  
consilium vocati fuere. Qui victum tenuem  
præscripserunt , corpus à prauis humoribus e-  
vacuauerunt, venam inciderunt , vulneri ano-  
dina, & pus mouentia applicuerūt. Repellenti-  
bus item seu defensiuis, vt vocant , affluxum  
humorum prohibuerunt. Curatio diffi-  
ciliſ fuit , dolorosa atque longa. Interim  
tamen amici, & quidem viri docti ipsi non de-  
fuerunt. Etsi enim proprium suum Chirur-  
gum Dusburgensem, & in arte non mediocri-  
ter versatum haberet , attamen nunc I o h .  
V V I E R V S , nunc G A L E N V S V V I E -  
R V S , nunc R E N E R V S S O L I N A N -  
D E R omnes prædicti Principis Doctores  
Medici longè celeberrimi , ipsum inuise-  
runt , omniāque quæ necessaria videbantur  
præscripserunt. Ego quoque non raro vñà cum  
præstantissimo D. C o s m a S L O T A N O  
Dusseldorpio , ad ipsum profectus fui. Sic  
diuino solo numine tandem ita cōualuit, vt &  
sine scipione incedere posset, vti ego eum in-  
cedentem Anno 1599. cum Colonia Dusburgū  
ad pium & honestum virum D. S I M O N E M E N -  
G E L G R A F F , à cane grauiter mortum , vocatus